

CHRISTOPHERVS HOFMANNVS THEOLOGVS.



Christopherus à pueris operam literis dedit,
& prima artium & linguarum fundamenta
fœliciter iecit. Postea Vuitenbergæ Theologie o-
peram dedit, & sacras literas sibi familiares reddi-
dit. Itaque factum ut pastor Ihenensis electus fue-
rit. In eo loco magna diligentia Christum præ-
dicauit, & aduersarijs fortiter reftitit. Sæpius e-
tiam in Comitijs comparuit, & cum aduersæ par-
tis Theologis disputauit. Nec solùm uiva uo-
ce docuit, uerùm etiam posteritati suum inge-
nium declarauit. Scripsit enim De pœnitentia
Commentariorum libros tres, atque anno millesi-
mo quingentesimo quadragesimo ædidit. præte-
rea Commentaria in Epistolam Pauli ad Titum, in quibus agitur de uniuersa
doctrina Christiana, et de corrigendis abusibus ecclesiasticis. Hisce pie-
tatis officijs Christopherus effecit, ut apud omnes in magna au-
toritate esset. Con. Geff. in Bib.